

DEDICATIO.

quæ postea in Academiis Germaniæ &
Italiæ ad eò mihi fuerunt usui, ut liqui-
dò jurare possim, Absq; his si fuisset,
nunquam quidquam solidioris doctri-
næ percepturum me fuisse: omnium
hominum impiissimus forem, si non te-
starer, per quos profecerim. Vos igitur
cum illi ipsissimi sitis: vobis etiam pri-
mum hunc meum laborem inscribere
& consecrare debui. Facio id autem
nunc, &, cum omni observantiæ cultu,
duo à vobis peto, contendoq;. Alterum,
recipiatis hunc partum meum fortean
immaturum in tutelam vestram, &, non
secus accivē vestrum, Casp. Hofman-
num tueamini. Alterum, persuadca-
tis vobis, me porrò etiam enisurum &
elaboratum, perfecturumq; denique,
ut nemo me degenerem vestræ urbis,
vestræq; scholæ alumnum culpare pos-
sit. Benè valete, & cum bono publico,
Ampliss. & Prudentiss. Viri, Domini &
Patroni observandissimi. Altorfio
Nonis Aprilis M. DC. XV.

)? (3 LECTO-